capita videris geminorum ad accendendas lucernas te prepara. et post hec omnia sona signa. IN sancti clementis dom signum orionis inter tertiam et quartam ~~[illegible]~~ refectorii fenestram videris. ita tamen ut gladius de vagina te (!) videri possit simul. tunc preparate ad excitandos fratres.

(!)

für Br.-Textedit. abgesetzt.

24r: UERSUS DE ALBUINO.

Ueni frater albuine. veni veni mi dilecte carens ossibus et neruis reple mei sinum uentris. Signo crucis sigillatas anuloque coronatus. Valens crudus prodest coctus. dulcis noster senex bonus. Tu ieiunantium es succursus. piscatorum atque cibus operaris virtutem (!) monachisque das solamen. Te canonici conlaudent feriis quibus ieiunant. A prescelibus laudatis illis quando presentaris. Preparatus cum pigmentis regiam mensam conscendis. Nam sapor tuus iocundus est imperatoris cibus. Ecce vides ALBUINE. instant tibi laudes grande. Cave frater | (24v) ne spinosus videaris nec pilosus. Nampe reor si barbatum quisquam viderit te fratrum mox gradatim cadens locum tabule petens extremum. Odio tuus eris. cunctis qui te viderint cum barbis. Linque vilis nimis facto regnaris canonum pastor.